



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 108. Scrupuli origo ab Angliæ Rege manifestata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.

A.C. 1529.

Postquam Regina discesserat, Rex illius sermonem excepit, in hæc verba perorans: „ Nullam unquam de conjugemea querendi causam habui, quam semper summa fidelitate, ac submissione mihi addictissimam expertus sum, ejus quoque virtutes, ac præclaræ animi dotes omni laude potiores sunt, nec etiam, quod adversus eam in medium adducere possem, mihi occurrit, & solo conscientiæ ac religionis stimulo agitatus ab ejus consortio separari postulo. „

§. CVIII.

Scrupuli origo ab Anglicæ Rege manifestata.

*Le Grand
hist. du divorce tom. I.
p. 134.
Act public.
Angl. t. 14.
pag. 299. &
300.*

Vix hæc verba Rex protulerat, cum illico Volsæus Regi supplicaret, quatenus coram congregatis declarare vellet, quis omnium primus eidem divortii consilium suggesserit? Ad hæc Rex reposuit, ac sine verecundia hunc in modum effatus est: „ Equidem Eboracensis Cardinalis semper animum meum a divortii proposito dimovere conabatur; primus tamen, qui mihi hac super re scrupulos movit, erat Episcopus Tarbiensis, cujus sermo anxium me reddidit. Cum vero postmodum Galliarum Rex tam turpiter „ sanæ

„ sanæ prudentiæ præceptis adversare- Sæcul. XVI.
 „ tur, ac dubitaret, an Maria Filia A.C 1529.
 „ mea ex legitimo thoro fuisset suscepta,
 „ tunc ipse ego acrioribus conscientiæ
 „ stimulis agitabar; ut igitur me ab hoc
 „ dubio expedirem, ac animi quietem
 „ recuperarem, nec non lites, quæ de
 „ successionis jure exoriri possent, præ-
 „ venire, totam rei seriem in sacro
 „ Tribunali Longlando conscientiæ meæ
 „ arbitro exposui, quamvis ceteroquin
 „ conjugali Reginæ uxoris meæ con-
 „ sortio ulterius uti paratus essem,
 „ dummodo id salva conscientia a me
 „ fieri posse decideretur. Post hæc Can-
 „ tuariensem Archiepiscopum rogabam,
 „ ut ceterorum Angliæ Præfulum sen-
 „ tentias circa connubii mei conditio-
 „ nem conquireret, communis autem
 „ horum opinio, quam suo chirogra-
 „ pho muniebant, eo abibat, hoc ma-
 „ trimonium nullum esse. „ Hæc Re-
 „ gis verba Cantuariensis Archiepiscopus
 suo etiam calculo firmabat; intrepide
 autem Fischerus Roffensis Episcopus
 negabat, quod ipse declarationi Regi
 porrectæ subscripsisset.

§. CIX.

Regina a Rege indigne habita.

Attamen non modo Regis verbis veri-

Q q 3

tas